JANI VINCENTII
GRAVINÆ
JURISCONSULTI
OPERA.

Ex libris Colleg. B. M. V. Concep.
vulgo [illegible]

JANI VINCENTII GRAVINÆ JURISCONSULTI OPERA,

SEU

ORIGINUM JURIS CIVILIS LIBRI TRES,

QUIBUS ACCEDUNT

De Romano Imperio Liber Singularis.
Orationes, et Opuscula Latina.
Institutionum J. Recept. Lib. IV.
Dissertatio de Censura Romanorum, et
Institutionum Canonic. Lib. III.

Recenſuit, & Adnotationibus auxit

GOTFRIDUS MASCOVIUS
Reg. Magn. Britan. Conſil. Aul. & in Academia Goettingenſi Juris Profeſſor.

TOMUS PRIMUS.

Ex Libris Collegii ...

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS, MDCCL.
APUD FRANCISCUM PITTERI.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

JANI VINCENTII GRAVINÆ ORIGINUM JURIS CIVILIS

LIBER PRIMUS QUI EST DE ORTU ET PROGRESSU JURIS CIVILIS.

QUONIAM nihil eſt aliud jus civile, niſi naturalis ad Romanæ Reip. inſtitutionem relata, Romaniſque moribus, & literis explicata ratio: ideo ut juris curſum oſtendamus, ponenda eſt ante oculos Romanæ Reip. facies, imagoque illius brevi oratione adumbranda, ducto initio ab antiquiori Pop. Rom. diviſione, in patricios ſcilicet, & plebejos.

CAPUT I.

De Populo Romano, & ejus Ordinibus.

POpuli Romani ſumma, & præcipua diviſio ea eſt, quæ a genere proficiſcitur, quæque ipſum habet auctorem Romulum. Is enim delectis primoribus Civitatis, viris ingenuis, qui ætate, opibus, conſilio, auctoritate ceteris antecellerent; iis magiſtratus omnes, & divinarum humanarumque rerum, totiuſque Reipublicæ curam attribuit: (*a*) eoſque a reliquo populo diſcretos patricios appellavit; quod eſſent ingenui, ac patrem, ciere, ſive demonſtrare poſſent, atque eſſent, ut Plutarchus ait, εὐπατρίδαι: ceteros juſſit eſſe plebem, quam publici negotii minime participem abduxit ad agrorum cultum, paſtum pecorum, opificia quæſtuoſa. Ex patriciis publicum Conſilium conſtituit, quem Senatum a gravitate nuncupavit: eique adſcriptos ab auctoritate Patres, ab ætate Senatores. Itaque Senatorum natus eſt ordo, quem excepit equeſtris: Ex quibus alia deducta eſt Populi Romani diviſio, quæ ab ordine ducitur; atque in Senatores, equeſtrem ordinem, & plebem populus omnis eſt deſcriptus.

CAPUT II.

De Equeſtri Ordine.

EQueſtris autem ordo ab ipſa quoque Romuli ætate repeti poteſt. Nam, ut Dioniſius, ac Livius tradunt, Romulus ad cuſtodiam ſui corporis, ex honeſtiſſimis familiis, trecentos ſibi delegit; qui primo quidem Celeres dicti ſunt, a Remi interfectore Celere, qui eis initio præfuit: (*b*) deinde Flexumines, (*) poſtea Troſſuli, quod Troſſulum

(*a*) Livius *lib.* 1. *cap.* 8. Dionyſ. *lib.* 2. Plutarch. *in Romul.*

(*b*) Feſtus *verb. celeres*. Plinius *lib.* 33. *cap.* 2. Sigon. *de antiqu. jur. Civ. Rom. lib* 2. *cap.* 3.

(*) Pro Flexuminibus Flexutes apud Plinium legi jubet Salmaſius *ad Lampr. in Comm. c.* 2. Flexutes autem dici cenſet veteri more pro Flexitibus, qui ſint a Flexes flexitis, quod deſcendat a flexu, eo quod equitum ſit, equos in gyrum flectere, ſeu, ut eſt apud Virgilium, *flectere ludus equos*.

JANI VINCENTII
GRAVINÆ
JURISCONSULTI
OPERA,

SEU

ORIGINUM JURIS CIVILIS LIBRI TRES,

QUIBUS ACCEDUNT

De Romano Imperio Liber Singularis.
Orationes, et Opuscula Latina.
Institutionum J. Recept. Lib. IV.
Dissertatio de Censura Romanorum, et
Institutionum Canonic. Lib. III.

Recenſuit, & Adnotationibus auxit

GOTFRIDUS MASCOVIUS
Reg. Magn. Britan. Conſil. Aul. & in Academia Goettingenſi Juris Profeſſor.

TOMUS SECUNDUS.

VENETIIS, MDCCL.
APUD FRANCISCUM PITTERI.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.